suorum in omnibus totaliter et plenarie satisfactum est. Ob quam eiusmodi satisfactionem dotis et expeditionis realem et effectivam persolutionem bonis eisdem Paternis et Maternis generaliter omnibus abdicat abrenunciat et resignat. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante

Horodyskich Coniugum mutua Advitalitas.

453 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobiles Hectoris Horodyski Maciey czaki Nobilis Pauli Horodyski cum Nobili olim Theodosia Hordynska procreatus filius ab una et Catherina Bandrowska partibus ab altera Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terrestribus Districtibus Juribus Jurisdictionibus que suis quibuscunque [illegible] prijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie subijciendo et incorporando palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro tenore esse recognovit. Quia ipsi, et quidem consors cum eiusdem mariti sui viri Tutoris Coniugalis assistentia ut solvimus ad infrascripta recognoscenda consensu suo mutuo et invicem omnium generaliter bonorum suorum haereditariorum et obligatoriorum mobilium et immobilium summarumque quarumvis pecuniariarum Auri Argenti Clenodiorum Unionum Margaritharum Vestium Vestimentorum Pecorum pecudum Equorum Equiria ac totius supellectilis domesticae quacunque forma et materia existen. nunc habi[illegible]

in posterum habendo mutuam Advitalitatem et usumfructum advitalitium ad extrema duntaxat vitae utriusque eorum tempora tantummodo et non ultra inscripserunt concesserunt et assignaverunt prout inscribunt concedunt et assignant praesentibus. Tali videlicet modo et conditione. Quodsi prius praedictum Nobilem Antonium Horodyski maritum, quam ipsam Nobilem Catharinam Bandrowska Consortem ipsius mori et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Nobilis Catharina Bandrowska Consors sua Bona Suprascripta omnia et Summas pecuniarias morte praedicti mariti sui derelictas Cum omni eorundem Iure Dominio et proprietate competentiaque et praerogativa quavis, omnibusque et singulis eorundem utilitatibus et usufructibus tenebit habebit et possidebit illisque pacifice et quiete utifruetur, ad extrema duntaxat vitae suae tempora. Post fata vero praefatae Consortis extunc praedicta Bona et res generaliter omnes Inscriptioni praesenti Subiecta morte praedicti mariti sui derelicta ad Successores praenominati Mariti sui sine quovis impedimento et Contradictione Successorum eiusdem Consortis suae totaliter et plenarie redibunt et devolventur. Similiter quoque si prius praefatam Nobilem Catharinam Bandrowska Consortem suam quam maritum ipsius mori contigerit, extunc is idem Maritus suus bona Suprascripta omnia et res Supramemoratas morte Consortis suae derelictas Cum omni

eorundem

30 67

eorundem bonorum, Iure, Dominio, proprietate, omnibusque et singulis eorundem bonorum. Utilitatibus fructibus, proventibus commodis emolumentis attinentijs et pertinentijs generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisque quiete et pacifice utifructur ad extrema scilicet vitae suae tempora. Postmortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui extunc bona suprascripta omnia, resque memoratae parte praenominatae consorti suae derelictae Inscriptioni praesenti Praevita[!] subiectae ad successores praefatae consortis suae sine ullius contradictione et impedimento successorum memorati mariti sui redibunt et devolventur devolvique debebunt. Quibus personalibus recognitionibus ad praemissa et singula mediantibus.

Popiel. Szozanskiego Quietat.

454

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Basilius Popiel olim Nobilis Semionis Popiel filius sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinentem cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus [illegible] liter et plenarie subjiciendo atque incorporando palam libere publice ac per Expressum Recognovit. Quia[illegible] suo et Nobilium Mariae Matris suae atque Ioannis Stephani Marianae Annae et Ionnae Popielow Fratrum